



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXVI. Tradi in manus per tempus, & tempora, & dimidium temporis
ad Pontificem non pertinet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

CAPVT XXVI.

Tradi in manus per tempus, & tempora, & dimidium temporis ad Pontificem non pertinet.

*Tempus &c.
3. anni, 10.
dies Iunio
&c.*

CHALDÆVS textus habet; *ידידיה* tradentur: Quia id diuina providentia permittit: Regnum & potestas traditur, qua deinde contra Sanctos abutitur. Junius, Tremellius sic vertunt: Per tempus, & tempora, particulamque temporis: eam vero particulam temporis, aiunt esse dies decem. Id est, inquit, per tres annos & decem dies probant, nam decimo quinto die mensis Cisleui, anno centesimo quadragesimo quinto regni Seleucidarum, hoc effectum est. 1. Machab. 1. 57. deinde vero die quinto mensis Cisleui anno centesimo quadragesimo octauo, legitimus Dei cultus instauratus. 1. Mach. 4. 12. Quamobrem prima vox, tempus, annum significat corruptum, siue constantem ex diuersorum duorum annorum partibus, Tempora biennium iustum, particula temporis dies decem.

Fundamentum huius interpretationis, quod putent de prophanatione templi per Antiochum facta agi, & textus Chaldaeus non repugnat, nam *פלג* est diuisio temporis, & pars: et si enim frequentius medietatem significet, vt Jos. 10. Jud. 9. & in Syro *פלגא* in Euangeliorum titulis vsitatum, hanc tamen significationem non respuit. Quin & Pagninus vertit partem temporis.

*Dimidium
temporis nō
sunt 10.
dies.*

Hanc sententiam refutant omnes doctores silentio, neque ex nouis quisquam eam sequitur; nam & Munstherus, Lutherus, Pelicanus, Castalio haeretici veterum Græcam versionem quæ habet *ἡμέρας* sequitur. Imo etiam Bruchtonus, alias sequi solitus Caluianam communem, vertit hic, *dimidiumque temporis*. Et Tempus, inquit, hic annum significat, sicut *ἑξῆς* vos, Tempus & tempora & d. id est, dimidium septimanam 42. menses, vt Iosephus testatur.

Huic denique obstat, quod cap. 12. 7. eodem modo accipiantur verba tempus, tempora, dimidium temporis, nec est tamen in hebræo *פלג*, diuisio, sed *ידידיה*, dimidium, quemadmodum & in Apocalypsi est *ἡμέρας*. Itaque de Antichristo illa rectissime dicuntur. Nam non recte dies decem dicuntur, dimidium temporis, ubi tempus annum significat.

*Idem nume-
rus apud Da-
nielem, &
Ioannem.*

§ 2. Hoc ex loco Bellarmin. lib. 3. cap. 8. de Pontifice sic argumentatur. Antichristus regnabit per tres annos cum dimidio, hoc est tempus, tempora, dimidium temporis, at regnum Papæ est multo diuturnius, non ergo Papa est Antichristus. Minor est extra controuerſiam: maior vero probatur. Quia tempus, tempora, dimidium temporis, sunt tres anni & medius. Nam ita veteres ab ipso Papia vsq; interpretati sunt, vt fatetur Jubilarius Parei commentarius in Apocalypsin in cap. 11. v. 2. Deinde ex Apocalypsi cap. 11. v. 2. ubi Antichristus calcatur templum & ciuitatem mensibus quadraginta duobus. Menses autem quadraginta duo sunt tres anni cum dimidio. Agi vero de eodem tempore Pareus ipse fatetur, in 12. capite, v. 11.

*Antiochi te-
pus & tem-
pora anni
fuerunt, igitur & hic
quoq;.*

Quamdiu vero exulabit in deserto mulier TEMPVS TEM-
PORA, ET DIMIDIUM TEMPORIS. Hac temporis tri-
partita notatio sumpta est ex Dan. 7. 25. & 12. 7. ubi Antio-
chus, typum Antichristi gerens, dicitur conculcaturus sanctos
per tempus, tempora, & dimidium temporis. Quid hic sibi ve-
lit, ex vers. 6. liquet. Pascunt eam ibi diebus 1260. De his die-
bus dictum est capite 11. 2. Erat ibi tempus prophetie duorum
testium. Hic est tempus exilij mulieris in deserto. Idem tempus
XLI. mensium ibi erat conculcationis vrbis sancta: & erit
cap. 13. 5. grassationis bestie in sanctos. Eodem igitur tempore
Ecclesia exulabit in deserto, & vrbis sancta conculcabitur à

Gentibus; & duo testes prophetabunt: & bestia bello persequetur sanctos. Ibi proinde hac paribus passibus, quæ obseruatio multum illustrabit Prophetiam. Ex vno enim notiore patebunt alia ignotiora.

§ 3. Inuicem fecit ille senex contra se, & omnes Papæ calumniatores rationem Bellarmini: Nam Antiochus per tempus, & tempora, & dimidium temporis afflixit Ecclesiam, vt ipse docet, & idem tempus est sequentis Antichristi, non igitur diutius ille regnabit. Quomodo igitur Pareus multo longius facit regnum Antichristi? Respondeo quia quid dicat, nescit, quid dixerit non meminit, errores multi multorum, plurimi vero proprii ad insaniam eum reducerunt. Verba eius in cap. 11. v. 2. sunt. (Mensibus quadraginta duobus.) Hic est sapientia. Tempus persecutionis Antichristiana designari, manifestum est omnium prope interpretum consensu. Quale vero & quantum sit tempus, ubi principium, ubi terminus fingendus, obscurum est mihi & interpretibus alijs, & forte ab hominum indagine reconditum. Voluit enim Spiritus, ad tempora quod attinet, nos quadam potius scrutari, quam nosse, quod & Dominus innuit dicendo discipulis, volentibus scire tempus occultum: Non est vestrum nosse tempora & opportunitates, quas Pater in sua ipsius auctoritate posuit. Act. 1. 7.

*Tandem Pa-
reus facit
ignorantia*

Nihil igitur hac de re statuere potest, quia tempora, & momenta scire non potest. Veteres vt Hippolytus, Ireneus, Hieronymus, Augustinus, alij, quos refert Bellarminus nostræ sunt in sententia. Cum illis sentiunt Junius, Tremellius, Bruchthonus Caluianus: & Munstherus homo sui iudicij, non obligatus Luthero.

§ 4. Deinde nemo ita respondet, vt non in pluri-
ma falsa & absurda impingat: Chytræus apud Bel-
larminum incertum tempus esse ait, & idem probat
Pareus, & concludit: de 42. mensibus nihil determinare
habeo. Sed cum tot modis Daniel & Joannes deter-
minent, non debemus incertum asserere, cum vete-
res omnes nobis certum exposuerint.

§ 5. Tertio. Quomodo cumque hæc interpretemur,
non possunt non ostendere Papæ innocentem. Nam
Pareus annos vaticinatur esse 1260. & incepisse ab
anno 606. Christi, cum Bonifacius tertius Ecclesiæ
præsideret, & hæcenus calculum annis 103. calcand-
um adhuc annis 257. vsque ad annum Christi 1866.
incertum tamen sibi faretur istum terminum, & à
Deo propter electos decurtandum. Sed refutant e-
um tum alia, tum vero quod tempus illius persecu-
tionis Christus dicat breuissimum, & non est breuif-
simum, si est 1260. annorum; quod longius est eo,
quo Saran ligatur, nam mille annis eius malitia con-
stringitur, postea grassatur, sciens, quia modicum tempus
habet. Apocal. 12. Postquam autem mille annos fuerit
ligatus, oportet eum solui modico tempore. Certe
modicum tempus solutionis non est, quod longius
est eo, quo ligatus dicitur Saranas.

*Expositio-
nes contra
Papam se
impediunt.*

Etsi enim mille anni sunt vt dies vnus apud Deum,
apud homines tamen longum tempus est, nec villo
modo hic breue est, quia dicitur tempus modicum
comparatum ad mille annos.

§ 6. Quarto. Qui accuratissime tempus hoc de-
scribunt, fœdissimum in modum aberrant. Conradus
Graferus in 12. Apoc. pag. 73. Certas Periodos anno-
rum significat, Tempus à captiuitate Babylonica ad
Christum, duo tempora ad seculum decimum sex-
tum, dimidium temporis ab initio seculi decimi sex-
ti, cum rueret caput Papatus. Hæc monstrum nunquam
Luthero in mentem venerunt, neque enim inter ce-
lesterrima errorum contagia, paucis annis vulgata, pu-
tabat tam longam vitam, regnumque Papæ duraturum.
Et merito; nam omnibus interpretibus, Judæis,
Græcis, Latinis, Sectariis ipsis repugnat. 2. Nusquam
in sacris literis, aut profanis, in nullo calculo, tempus
quingentos, tempora mille annos significat. 3. Nihil
hæc

*Graferus
contra om-
nes interpre-
tes rectus
vim facit.*

Hæc ad captiuitatem Babylonicam faciunt: Nam hoc cornu est in quarta bestia, at tempore captiuitatis, regnabat Chaldaea, & captiuitatem soluit Persica bestia, Cyrus videl. Pardus itaq; tum rerum potiebat. At cornu paruulum, non est in vertice Pardi, sed quartæ bestia. Quod si quartam bestiam fingat esse regna Seleucidarum, & Lagidarum, nec sic quidem fabulam contexere poterit; vt non sua se prodar inconcinnitate. Nam cornu illud à Romanis contritum, quomodo demum an. Christi 500. renascitur?

Demadac
nunquam
coheret.

Pergit Graferus: Ioannes intelligit tres *parauulum* post Christum natum, per tempus & tempora, & ab an. 1500. numerat annos 150. Sed sibi repugnat, quia de re eadem loqui Danieli, & Joannem asseruerat; nunc diuersam materiam vtrique tribuit, cum Danielis tempus à captiuitate Babylonica, Joannis à nato Christo auspiciatur. Deinde menses & dies nullo modo possunt huic rei accommodari. Multo minus ad bestias Apocalyplicas, de quibus postea agendum est.

§. 7. Ecce in re grauissima, qua totus orbis Christianus iam à Christo nato exoritur (nam supra ostendi, à multis primis Pontificibus Antichristianis vocari) condemnatur, inter omnes est dissensio, nullus aptare textui suam opinionem potest, & ex re obsecutissima cuditur articulus fidei, nempe iste. *Papa est Antichristus.*

Nec solos Pontifices calumnia ista petit, sed omnes martyres, confessores, doctores, ecclesias, quæ pontificibus communicantur. Verum nihil mirum si hæc de pontifice iactentur ab illis, quibus est hæreticus angelus ille magnus, Joannes Baptista.

§. 8. Obiciunt tamen (nunquam enim deest garrulæ nequitiæ pretextus.) De tribus annis cum dimidio est somnium Monachorum, inquit Chytraeus & Pouellus; & ex his Jubilantes.

Cum pro-
phetis &
patribus lo-
quimur.

Respondeo 1. Esse vetustissimorum & doctissimorum Ecclesiæ doctorem, vt fateretur Pareus. 2. Blasphemum est in sacram Scripturam, quod aiunt. Dicit Daniel & Joannes, esse tempus, & tempora, & dimidium temporis, esse menses 42. esse dies 1260. quibus prophetæ testes, & mulier pascatur in deserto. Hæc tam signanter dicta, nos accipimus, eo modo quo dicta sunt, nam menses quadraginta duo sunt anni tres, & dimidius, dies 1260. sunt anni tres cum dimidio & dies aliquot, quibus Ecclesiæ, occiso Antichristo, florebit. Quis ergo tam tyrannice imperio- sus est, vt me dicentem eadem, quæ Prophetæ dicunt, & Apostoli, somniare dicat, cum ipse immanissimo somnio, incerta sententia, Pontificem omnibus supplicis addicat?

§. 9. Obicit Pareus Quæ de Antichristo dicuntur, non possunt tam breui spacio fieri, non ergo tam breue spacio est. Verba Parei audiamus. Secum non consistit, quoniam quæ fingunt, Antichristum suum efficere debere, spacio trium annorum cum dimidio cum conficere non magis est possibile, quam cochleam tridui spacio vniuersum terrarum orbem perreptare. Debet à gente Iudæa per vniuersum orbem dispersa, pro Messia agnoscere: Debet sedere in templo Ierosolymitano, quod tot secula iacet in cineribus: Debet tres reges Aegypti, Libiæ, Aethiopiæ trucidare: septem alios reges subigere: Romam à decem illis regibus exustam instaurare, ibique Pontifice excusso Monarcha sedere: Christianam religionem toto orbe persequi, delere Ecclesiam, denique & totius orbis imperium sua potestatis facere, &c. Quis quæso hæc per sebrim somniet quadriennio non integro futura? Quos tigitur Antichristus mittet Mercurios? qui Iudæis toto orbe dispersis aduentum sui Messia repente nuntient, persuadeant? Templum scilicet triduo reedificabit, quod Salomon ex omni materia preparata septennio absolueret, Zerobabel quadraginta sex annis instaurare vix potuit. Turcam Syria, Persiam Oriente, Chammum Septentrione, Præto Ioannem Austro vni-

diuina Pa-
ri somni.

uerso Antichristus iste quadrimulus momento nimirum expellet. Quid nugacius? Adeone vero Imperatores & Reges Christiani omnes altum sterent, vt simul vniuersi ab vno repente opprimantur? Itane Papa Romanus cum suis Cardinalibus vigilabit, vt Roma ex Catholica Gentilis fiat, Antichristo venienti omnes Christiani temere manus dent? O nugæ theatricæ? secum itaque hoc commentum nequaquam consistit.

Fingit ab-
surdus, quæ
oppugnat.

Respondeo. Contra larvas luctari Sectarios. Nemo omnia illa ab Antichristo trienni spacio, & sex mensium facienda somniauit. Nemo tam multifaceta quadriennio non integro alcibit. Primo n. erit cornu paruulum, cum tres reges subiecerit. Iudæos asciuerit, templum extruxerit, imperium pessum dederit, tum vero tot victoriis exaltatum cor eius loquetur magnifica. Alexander non nisi multis victoriis inflatus Deus esse voluit. Tem sauiet illa persecutio, cum potestatem firmasse videbitur, nam initio & progressu, opus est opinione clementiæ. Antiochus ipse primo sexennio egit minus tyrannice, nam etiam crudeliter Ierosolymam habuit anno sexto regni, nondum tamen fastigium malitiæ conscendit, nam & ob necem Onias fleuit, recordatus defuncti sobrietatem & fidem, & mortem eius vindicauit. At anno octauo serio typum Antichristi egit, & omnia violauit: itaque desolatio illa ab octauo Antiochi anno est inchoanda, non à regni exordio, pari modo Antichristi crescentis, & in culmine constituti tempora distinguenda sunt. Itaque, hac quidem in re puerum se Pareus ostendit, & tota illa Sectariorum *reuerentia*. Nam sensim alios atque alios vincet, & victoria vretur, vt ab vno ad alios procedat, donec opprimat vniuersos: Interim hæc documento sunt certissimo, prophetiam de Pontifice non agere. Non enim à Iudæis pro Messia accipitur, non sedet in templo Ierosolymitano, non trucidauit tres reges, non reliqua fecit, non est ergo Antichristus.

Antichristi
victor crue-
delis erit.

§. 10. Pergit Pareus: Scripturis etiā sacris variè repugnat. Docent hæc, Antichristum non nisi per vniuersalem venturum apostasiam à fide. 2. Thess. 2. 3. 1. Tim. 4. 1. seruatis scilicet electis in fronte signatis. Quis vero dixerit, vniuersos Christianos etiam Episcopos, cum suo Pontifice intra quadriennium posse abduci à fide.

Respondeo: Non quadriennio abductos à fide, sed iam ante multos naufragium fidei fecisse, multa hæreses præiuerunt, vt generalem apostasiam conficerent, eam ipse complebit Antichristus. Ita quoque abominatio, quæ Antiochi tempore fuit, dispositiones & causas habuit. 1. Maccab. 1. 11. Exiit ex eis radix peccatrix Antiochus Illustris, filius Antiochi regis, qui suæci Roma obses: & regnavit in anno centesimo tricesimo septimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes. Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis inuenerunt nos mala multa. Et bonus visus est sermo in oculis eorum. Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis potestatem, vt facerent iustitiam gentium. Et edificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi praputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt Nationibus, & vnumdati sunt vt facerent malum.

Non qua-
driennio o-
mnes desici-
ent, & tum
quoque multi
perissent.

§. 11. Ita nunc quoque si hæreseon multitudinē, feditatemque spectemus, facile omnia ad apostasiam parata esse inueniemus. Nam si Pareum consulamus, quæ tula pars hominum rigidum Calvinismum, cui ipse initiatus est, agnoscit, & sequitur, & in illo ipso quantæ sunt dissensionēs, & qui sinceriores videntur Caluino iudice, ex illis vix decimus quisque est non hypocrita. Tandem ita concludit contra Danieli, & Joannem. Testatur Scriptura diem, mensem & annum extremi aduentus Domini omnibus creaturis absconditum, soli DEO cognitum esse: venturum vero Dominum repente

Nunc in
Germania
tot hæreses
ostendunt fa-
cilem esse
generalem
apostasiam.

ut sit nothurni furti, cum mundus dicet: Pax & tuta omnia. Et ex opinione postea dies, mensis, annus iudicii minimè foret occultus. Ab ortu enim Antichristi ad eius mortem restarent tres anni cum dimidio, ab eius morte dies XLV. ad iudicium. Expresse enim scribit Bellarminus, post Antichristi mortem futuros non nisi XLV. dies vsque ad mundi finem. Cum igitur falsum ex opinione data sequatur: ipsa falsa sit necessè est.

Certitudo ex annis etiam colligitur.

Caluiniani iam ante omnia designant.

Respondeo. Constare Bellarminus ait, quia probabili interpretatione Danielis hoc modo quidam ratiocinantur, quia Dan. 12. 12. scribitur Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Quasi tum sit futura retributio bonis. At illa interpretatio non est certa, & à plerisque ignorabitur. Deinde si pro diebus annos ponant, erit tum quoque res certa, & præscietur illa dies. Nam & Pareus vsque ad annum Domini 1866. calculandam Ecclesiam vaticinatur, & cum ita de tempore, & temporibus, & 42. mensibus disputet, dubium esse non potest, quin pari gradu certitudinis de temporis dimidio coniectet. Braubomus sane nobis annos omnes in Floribus Flaminii proposuit, & se cognouisse iactauit, quamvis anima Christi non cognouerit. Tercio Beatus dici potest, qui eo vsque peruenit: quia iam tum celerrime in præcipuas partes mundi nunciata Antichristi morte, persecutio cessabit, & horrore contabescant administrati, qui mortuum crediderint, quem credebant immortalem.

Hieronymum igitur potius audiamus hunc in modum loquentem. Tempus annum significat, tempora iuxta hebraici sermonis proprietatem, qui & ipsi dualem numerum habent duos annos præfigurant, dimidium autem temporis sex menses, quibus Sancti, potestati Antichristi permittendi sunt, ut condemnentur Iudei, qui non credentes veritati susceperunt mendacium. Notandum est inquam, illud de duali non esse, neque hic, neque in cap. 12. nam utrumque pluralis est numeri, & Iudei ferè duali non nisi in rebus natura geminis vtuntur, nisi ea sit consuetudo, ut cum proferunt absens tempus, tempora, dimidium, dualiter accipiant. Non hoc ideo dicit Hieronymus, quod vel hic vel capit. 12. Danielis sit dualis, nam eo fere, non nisi in rebus natura geminis vtuntur Hebraei: quia tamen punctis illa ætas caruit, ille tam legere potuit מועדים, Moghedaim, duali, quam מועדים, Moghedim, plurali, nullum est enim diffamen literarum sed punctorum.

CAPVT XXVII.

Capite 8. v. 23. de Pontifice non prophetat Daniel.

§. 1. **V**ERBA Prophetæ sunt. Et post regnum eorum, cum creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: & supra quam credi potest vniuersa vastabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos, & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur.

Ruente Græcorum Monarchia Antiochus regnauit.

Primo ait post regnum eorum, Nempe regum Syriæ, qui fuere numero nouem & decem, inter eos nõ vltimus fuit, sed octauus Antiochus qui dictus est Epiphanes, & ex moribus ἐπιφανής, furiosus. Post regnum ergo quorundam regum Syriæ regnare cepit. Quia tamen generatim noster interpres vertit: Post regnum eorum: & Hebraus textus באחרית, Beaharith, in extremo, & 70. אחרית היום האחרון, ad finem diei ultimi, circa extrema regni eorum, accuratius Spiritus sancti phrasid consideranda est. Nam reuera iam extrema regni Græcorum aderant. Cum enim regnare cepit

Antiochus, iam Græcia atque adeo Macedonia erat in potestate Romanorum, magna etiam pars alienata erat, ante annos 16. tributum indictum fuit Antiocho magno huius parenti, qui magna parte Asiæ, infusilique exutus fuit, arma, Elephantos, classem tradere coactus, ipse rex modicis finibus cis Taurum regnare iussus est. Ipse Antiochus Epiphanes Romæ obles, & pignus seruitutis fuit, nec Egypti melior conditio: nam Pupillum regem Romani tutati sunt: cum ergo tum regnum Græcorum in vnica parte hæserit, nec liberum, sed obnoxium, merito dicit Spiritus S. post regnum illorum.

§. 2. Secundo dicitur causa tam magnæ persecutionis, cum creuerint iniquitates: alij cum consummabunt de-
Calamitas. flectionem præuicacitatis illi. Luther. Wann die Uebel-
thäter vberhandt nehmen / alij consummati sunt iniqui: sunt peccata. itaque duplex interpretatio, Prima, Cum Deus consummat præuicacitatem, nam id factum sub Antiocho, à Iuda, alijsq. Secunda, quia est cõmunis πληροῦν τὸν νόμον cõpletis peccatis, cū iam maturi pœnæ fuerint, ita de Amorrhæis Moses, & 1.2. Mac. c. 4. Heb. יְהוֹשָׁפָט בְּנֵי חֶמְדָּה Benachem, Haphoschelim. Secundum conuincendum præuicacitatem, Noster legit mutatis punctis. יְהוֹשָׁפָט, Hapfeschaghim. hæc explicatione clarius cap. 11. & cap. 1. 1. Machab. v. 11. & cap. 4. 1. 2. Mach. v. 7. & seq. & hoc indicat v. 12. robor autem datum est ei.

§. 3. Tercio, hæc omnia Antiocho, nonnulla conueniunt Antichristo. Nam primo Antiochus est cornu modicum. Cornu, qui rege patre natus, externis regnum inuidentibus ipse obtinuit. Modicum quia minor fratri, Romæ obles, omnes potentes adu-
Impudens facie. latus seruitutem tantum non seruiet, sed veniens ad imperium ab exilio regnauit sanguine multo.

Factum est grande, occupata Palaestina, positis in Egypto prælidiis, & victa variis bellis, non tamén veterum regum potentiam æquauit.

Quarto. Rex impudens facie, גִּזְרִים, Ghaz-
phanim, fortis faciem, & vultus αὐτοῦ φ. Duo sunt in illa impudentia, ob quæ à Polybio, Athenæo, Cedreno, Gorionide vocatur ἐμπανής: nam summa erat ambitio diuinitatem affectantis, & summa inuercundia, publicè enim & inspecante populo libidines explebat.

Quinto. Intelligens propositiones, Hebraus textus vocat חֲכִימָה Chidoth, anigmata, quidam vertunt חֲכִימָה חֲכִימָה & חֲכִימָה, agitans consilia tenebrarum, ad fraudes enim, & dolos insigniter eruditus est.

Sexto. Roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis. Hieronymus: quia propter populi peccata illa sunt permessa, cum alias non potuisset quicquam efficere, idque tam in capiendi Aegypto, cuius rex omnino marcebat desidia, ut non modo regia maiestatis officia intermitteret, sed etiam sensu hominis nimia sagina careret, & par erat aula, procerum, & ciuitatum corruptio. Deinde pauca viribus, pleraque fraude, & periurio transiegit.

§. 4. Septimo. Supra quam credi potest vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet, & interficiet robustos, & populum Sanctorum.

Hebraus vastabit נִפְלֵאוּת, Niphleoth, admiranda, seu admirabiles, 70. θαυμάσια διαφθορά, mirabiliter corrumpet. Graerus occultissime corrumpet. Sed nec boni nec mali interpretis habet auctoritatem.

Octauo. Successus etiam tam prauis hominis indicatur. v. 25.

Secundum voluntatem suam dirigitur dolus in manu eum, & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos, & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur.

Hebraus גָּלִי שְׁכִיחַל, gal schichlò, superintellectum eius prosperabitur dolus eius. Hoc est, ut ille dicebat,

Intelligens propositiones.

Roborabitur fortitudo eius.

Crubescit Antiochus.

Prosperitudo Antiochi.